



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Subscriptionis RR. DD Monasterii Beatæ Mariæ Virginis ad  
Stellas Alosti Ordinis Sancti Guilielmi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**

omnibus & singulis punctis, libenti, eoque humillimo animo obsequendo, nos conformabimus. Interim verò D. O. M. supplices rogamus, ac petimus, ut Excellentiam Vestram plurorum annorum curriculo salvam, & in columem, nobisque & Ecclesiæ suæ Sanctæ Sospitem servet, & protegat, perenni cultui, atque intimâ veneratione subscribentes. Alosti 8. Decembris. 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Excellentiae Vestrae, Humillimi, atque obedientissimi Famuli, ac Filii, infra scripti Sacerdotes sacerulares Alosti degentes.

*Cornelius Franciscus de Weghe.*

*Joannes Jonnart Pastor Begguinagii Alostensis.*

*Cornelius Carlier Presbyter,*

*A. Staels Presbyter.*

*P. J. Van Montagu,*

*H. Van Waesberghe.*

*Joannes Lourent vice-Pastor Alostensis.*

*Ignatius Joannes Arents J. U. Licentiatus.*

*Alexander F. De Groote J. U. Licentiatus.*

*J. J. Cayman Presbyter.*

*Carolus Le Corbier S. T. B. F.*

*P. J. Van Hanswyck Presbyter.*

*P. Le Vecque Presbyter.*



## EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS RR. DD. Monasterii Beatæ Mariæ Vir- ginis ad Stellas Alosti Ordinis Sancti Guilielmi.

**N**os infra scripti Prior, & Conventuales Monasterii B. M. Virginis ad Stellas Alosti, Ordinis Sancti Guilielmi, humillimâ veneratione, & omni-

omnimodâ obedientiâ, quâ Nos teneri, quamquæ ab omnibus Christi Fidelibus, Romanorum Pontificum, utpotè supremorum, ac infallibilium Judicium in rebus Fidei, & morum, Decretis, Constitutionibus, decisionibusquæ è Cathedrâ Apostolicâ ad Universalem Ecclesiam directis omnino debiri, firmiter credimus, & profitemur, Constitutioni Apostolicæ SS. D. Nostri Clementis XI. quæ incipit : *Unigenitus Dei Filius*, datæ 8. Septembris 1713. Nos per omnia subjicimus, omnesque Propositiones ex Libro Gallio, cui titulus : *Reflexions Morales, &c.* excerptas, & per eam damnatas, atque in sensu, in quo damnatae fuerunt, simpliciter, ac sincerè damnamus, rejicimus, & anathematizamus, atque in illâ, sicut & in aliis Constitutionibus Apostolicis, exultabundo cum tremore agnoscimus, quòd Petrus per Clementem locutus sit. Ità sancte profitemur, & ubi exigetur à Nobis, ad sancta jurabimus Evangelia.

Insuper Nos conformamus Literis ejusdem SS. Domini Clementis Papæ XI, quæ incipiunt, *Pastoralis Officii* datis sub 28. Augusti elapsi, easque omni cum veneratione amplectimur, uti & Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini THOMÆ PHILIPPI DE ALSATIA, Archiepiscopi Mechliniensis, &c. de die 17. Octobris præteriti editam. In quorum fidem has manu propriâ quicquæ subscriptissimus in Monasterio Nostro præfato, anno à Verbo Incarnato 1718. Mensis Decembris die 19. Erat signatum.

*F. Joannes Callebaut Prior Guil. Alosti.*

*F. Carolus Franciscus Collart Supprior.*

*F. J. Chrysostomus Vander Schuren.*

*F. Thomas Bernardus Vander Gheylen.*

*F. Judocus Canis.*

*F.*

F. Petrus Van Rossem.

F. Franciscus Vüeghs.

F. A. De Brauwere.

F. Bernardus Beke.

F. Cornelius Tack.

## EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendi Domini Decani,  
& RR. DD. Pastorum Distri-  
ctus Alostensis.*

Infrascripti Decanus Christianitatis, & Pastores Districtus Alostensis Dioecesis Mechliniensis, memores obedientiae, quam Romano Pontifici Iesu Christi in Terris Vicario in soleimi Catholicæ Fidei Professione non semel spopondimus, ac juravimus, tenore præsentium declaramus, Nos Constitutionem Apostolicam SS. D. N. Clementis Papæ XI., quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, datam Romæ sexto idus Septembris 1713. purè, simpliciter, & sine ulla exceptione, aut explicatione amplecti, eidemque nos integrè subjicere, & centum & unam Propositiones in ea damnatas sincero animo damna-re, debitam eidem Constitutioni, atque omnimo-dam obedientiam, & submissionem spondentes, parique devotione, ac veneratione recipientes Epistolam Pastoralem Excellentissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri de die 17. Octo-bris 1718. Universo Clero, & Populo suæ Dioce-sesis inscriptam, eidem libentissimè, & humillimè subsciberé, & Nos conformare profitemur, infi-nitas gratias agentes præfato Excellentissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pasto-rali